

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Y

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

qui clausos habet oculos, colloquuntur. *τυφών.*) Turbines & procellosos ventos appellant typhonas: quibus ut sauire desinerent, nigram ouem immolabant.

τυφώνος πολυπλοκώτερον.) Typhone magis multiplex. De eo Typhone, qui fulmine ictus est à Ioue.

τυφών.) Typhon Telluris filius fuit, ijs præditus uiribus, ut non hominibus tantum, sed dijs etiam formidabilis esse uideretur, qui (ut est in fabulis) in brutorum animantium formas se couertebant, illius metu.

τυχία.) S. Gregorius Nyssenus in ortu Mundi: Non, inquit, fortuito euentu & perturbato ac temerario impetu, sed ut necessarius Naturæ ordo consecutionem rerum que gignuntur exigit, ita singula facta sunt.

τύχη.) Polybius: Si fortuna de his rebus dicenda est, quid uerò, si ij qui res gerunt, in causa sunt, inani fortunæ nomine, ut hæc aliàs grauitatē habeant & amplitudinem, aliàs contrā? Pisides: Si modo fortuna dici debent peccata.

τύχη.) Considerate per deos fortunam duorum mortalium. nā Hector, quo ab isto donatus est baltheo, laceratus eque stribus canthis, exagitatús est semper, donec exhalauit animam. Iste uerò ab illo dono hoc accepto, hoc ipso lethali concidit ictu. De Hectore & Aiace uerba fiunt. Sophocles:

*Audi, hominibus diuinitus
Fortunas datas est necesse ferre.
Qui uerò uoluntarijs incumbunt damnis
Ut tu, his nec ueniam dare
Æquum est, eorum ué miserescere.*

τύχη.) Fortuna apud Gentiles est, prouidentia expers mundi administratio: aut, impetus & progressio quædam ex obscuris & incertis ad obscuram & casu contingentiam. Nos uerò Christiani Deum profitemur gubernare omnia.

τύχη.) Non hominum consilij, sed Dei nutu res humanæ administrantur. Quam fortunam uocare solemus homines, ignari unde aliquibus aliquid eueniat, quia nobis id obscurum est. Quod enim ratione carere uidetur, ei fortunę tribui nomen solet.

τύχη εύρητος.) Fortuna Euripus. De hominibus leuibus & inconstantibus. Iste qui astat, primum dicat nomen suum, patriam, conditionem, denique religionem etiam.

Υαδες.) Hyades, siue succulæ, stellæ in cornibus tauri.

υακινθιδες.) Hyacinthides, filia Hyacinthi Lacedæmonij.

υάλη, υαλος.) Vitrum est, à quo ignem accendunt. Et Aristophanes ait: Cum in ius uocatus fuero, procul stans, hoc modo ad Solem literas liquefaciam accusationis meæ. Est autem instrumentum uitreum rotundum electri, in hoc confectum: huic oleo uncto, & ad solem calefacto, admouent ellychnium, & accendunt ignem. De hoc igitur senex cum Socrate colloquens, ait: Si accendero per electrum, & admouero scripto ignem, aboleuero scriptum accusationis.

υβριζεν.) Is non temerè, meo iudicio, uiuebat: neque etiam, ut uulgus, mensæ incumbere, & repleti, ac iniuriam facere studebat: sed ampliorem sciëntiam, Deo duce, inquirebat.

υβρις φυτλει τυραννον.) Iniuria plantat tyrannum. Per iniuriam (inquit) instauratur tyrannus. Et cum multa perfecit, tūciñ magnam necessitatem incidit insolentia inflatus. Cum enim liberos suscepisset: contumeliæ, ob consuetudinē, ne cōtumeliæ quidem iudicatæ sunt: sed huiusmodi delicta quotidiana illi, atque ad manum erant: Eunapius ait de Imperatore Carino.

υβρις.) Contumelia, cōiuncta est cum despectu & insectatione: *αικία* uerò, plagas tantum complectitur. Lysias in oratione de uerberibus aduersus Isocratē: Quis uestrum ignorat, uerbera pecunia tantum æstimari licere: eos uerò qui cōtumeliam fecisse uideantur, licere uobis etiam morte mulctare?

υβρις.) Contumeliam fecit, non qui percussit, sed qui increpauit & probro affecit. Et, præ indignatione contumeliam ratus est, quod non initio (επειπύσθητο τῆ στρατία. f. τῶν στρατιάν quod expeditio sibi mandata nō esset) commissus esset exercitui. Aristophanes: An' non hæc est contumelia, & magnæ deliciae, quod ego quidem Bacchus, filius Dolij, ipse ambulo & defatigor: seruum uerò uerò uerò, ne defatigetur, aut onus ferat?

υβρις ποτερο.) Xenophon: Milites qui negligi sibi uidentur, si sunt boni: demittunt animos: sin improbi: multò fiunt petulantiores. Et iterum: Nihil contumeliosius turba, ad iram & iniuriam incitata.

υβρις.) Boni ominis causa dicere solent, *Quæ sitis à*

Nigra hys mi pecudē.

Dij metu Typhonis in beas mutati.

Fortuna. Prudentia.

Dona hōstilia.

Mala accersit.

Fortuna.

Specula ignis.

Homo frugi & studiosus.

Carini flagitia.

Contumelia. Verbera.

Bacchus filius Dolij.

Neglectus militum. Turba concitata.

Quæ sitis à

lent, aliquem à sanitate quæsitū esse, aut aliquid simile loco proprij nominis.

Vpupa. * Vpupa ait: Qui me quæsiuerūt? cui responderunt illi: Duodecim dij uenient, ut te perdant.

Sanitas. Medici. Corporis. *ὑγεία.*) Sanitas duplex est: una, in medico: altera, in eo qui sanatur. Et ea quæ in medico est, efficiens eius est quæ est in corpore. Sic etiã ordo mundi ex Opificis ordine ortus est: salubre autem ex ijs est, quæ nõ uno modo intelliguntur. Salubre enim dicitur aliud efficiens sanitatis, ut medicamentum: aliud seruans, ut ratio uictus: aliud significans, ut color, pulsus, commoda spiratio, urina.

ὑγιεινὴ. *Salubria.* *ὑγεία ἀθλων.*) Minerua sanitas. Mineruæ cognomenta sunt, sanitas, uictoria, equestris, & opifex.

ὑγιής.) Vrbi ad nihil utile, id est, nullo reipublicæ commodo. Philocrates: O nihil integrum, nihil liberum sentiēs, ut me fefellisti? Ut circumuenisti? sumpto prætextu filio hoc tuo, ignoto mihi, te quidem indigno, me uerò digno.

ὑγιέστερος κρότων.) Sanior Crotonē. Multi enim Crotoniatæ pugiles fuerūt, & *ὑγιέστερος κολοκυθῆς,* sanior cucurbita.

ὑγιέστερος κρότων.) Sanior ricino: de prorsus sanis. Prouerbiū sumptum est à ricino animalculo. totum enim est læue, & sine fissura, & nulla noxa præditū.

Sanitas. *ὑγίεια.*) Sanitas, humanorū bonorum pulcherrimum, est quatuor facultatum corporis, calidi, frigidi, humidi & sicci conuenientia.

Cantatrix & saltatrix cula. *ὑγῆς.*) Facile agitata, & pedibus humili strata atq; expedita, uincebat omnes circulatorum principes. Nã & suaui uoce erat prædita, & eã arte moderabatur, nulli ob cantãdi peritiam celebri secunda: ut quæ rudis nõ esset amatorix nequiciæ, & opportunè tergiuersaretur, & ad zelotypiam callidè incitaret uirum. Itaq; opes ipsa nõ contemnendas congestit. Illum uerò paulatim tabescentem amore, è medio sustulit. Et rursus: Ad accipienda munera erat facilis & expeditus, in exactiõibus uerò grauis & acer.

Auarus & tenax. *ὑδωρ.*) Aqua, aut omnino saporis expertis est, ut medicis uidetur: aut prope modum experts. Habet tamē uim omniū saporum capacem: omnemq; saporem refert qui eam attigerit.

Aqua saporis experts. *ὑδωρ.*) Aqua, aut omnino saporis expertis est, ut medicis uidetur: aut prope modum experts. Habet tamē uim omniū saporum capacem: omnemq; saporem refert qui eam attigerit.

Explicatio somnij. *ὑδωρ βλύζον κἀταθων, ἐχθρῶς μιλύει.*
ὑδωρ διαυγῆς ἐκπίνειν, ζρησὸν τὸδε.
ὑδωρ πίνων πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔση.
Aqua scaturiens infernè, inimicos significat.

Aquam limpida ebibere, bonum hoc est.
Aquam bibens lutulentam, in doloribus erit.

ὑδωρ ἀντιλογίας.) Aqua contradictiõnis. A re locus nomen capit. Nã cum in Merram uenissent, & amarã aquam inuenissent: contra Moysen clamant, & Deo obtrectarunt. Ait autem: Coargutum iuxta illam aquam ingratum animum. Aquam edacem, & uigiliam edacem. Dicit aqua non febricitantes modo, sed uigilantes etiam alii.

ὑδωρ δὲ πίνων, καλὸν ἔσται τῆς ἐπιπέτης.) Aquam bibens pulchrum nõ paries carmen. Horatius:

*—Carmina frigent,
Quæ scribuntur aqua potoribus.—*
Hanc epigrammatis partem, alij Aesclepiadis, alij Theæteti esse dicunt.

ὑδωρ παραρρέει.) Aqua præterfluit. De ijs qui pollicentur se pro uirili daturus esse operam, ut qui ne rimosa quidē nauigia conscendere sint dubitaturi. Et *ὑδωρ μένει,* Aqua manet. Prouerbiū, dicitur de irritis laboribus.

ὑδρα.) Hydra, serpens nouem capitibus:

ὑδραν τέμνειν.) Hydram secare. Dicitur de rebus quæ fieri nõ possunt, eo quod Hercules hydram secans, nihilo magis eam uincebat, cum subinde plura capita renascerentur. Ferunt enim, cum hydram Lernea, quæ centum fuerit capitū, Herculem pugnantem, cum capitibus eius amputatis plura renascerentur, iussisse Iolaum adurere capita.

ὑδροφορία.) Hydrophoria, id est, Aquæ gestatio. Festum lugubre Athenis, ob eos qui diluuiõ perierant: ut Apollonius tradit.

ὑετός.) Pluuia, est mutatio nubis in aquam, cum humor è terra aut mari attractus decidit.

ὑεικόν.) Ferunt Socratē cum alijs multis præsentibus, tum Euthydemo dixisse, Critiam perinde affectum esse ac porcum, qui cupiat se affricare Euthydemo, quemadmodum porcelli faxis. Xenophon: Visum hoc mihi est non humanū, sed porcorum potius esse proprium. Plato Legum septimo: Non tantū ipse potius imitatis, sed & auditoribus autores, ut idem faciãt aduersus scripta mea, in quo nõ rectè facis.

ὑλέια.) In omnibus flagitijs, tanquam porcus in luto, uolutari solitus.

ὑλέια.) Stulticia. Aristophanes: Ne fiat stulticia Theagenis. Hic enim infamis

Corruptela
nostra atar
tis.

mis erat, ut fatuus & suillus. Erat autem ex Piræo. Habebatur etiā pauper, cum diuitias iactaret. Erat & crasso corpore, & suillo. Fuit & alius Theagenes, qui in Homerum scripsit, mollicie infamis. Nostra ætas delicijs continentibus corrupta, animo humili & effœminato, ignauia familiaris, & omnis stulticia, auara, sordida, seruire uolens, nihil magnū aut constanter peragēs, mancipiorum simili, uentre & pudendis semper felicitatē metiens, nec animo generoso prædita, instar corporis luxati, uno in loco iacentis, quodq; se amplius mouere nequit. Talem esse, multoq; abiectionē ostendebat uitā eorū, qui nunc in terris degerēt.

ὑης.) Hyes, epitheton Bacchi, ut Clidemus ait. Quia, ait, ei uictimas immolamus pluuio tempore. Pherecydes Semelem Hyem dici ait, & Bacchi nutrices Hyadas. Aristophanes autem, Hyem inter peregrinos deos recenset.

ὕλακτῆ.) Talia latrat, unaq; incitat uicinos iste inclutus, in omnibus omnis mali caput.

ὕλαν κρωγάζειν.) Hylā clamare. Ferunt Hylam Thiodamantis F. pulchra forma, amasium Herculis fuisse, cum Argonautas comitaretur. Cum autem ad Mysiam peruenissent, egressum a quatuor, à Nymphis fuisse raptum. Polyphemum uerò ad eum quærendum missum, clamitasse, & nominatim uocasse Hylā frustra. Quare prouerbum, de ijs qui nihil proficiāt, dici. Et nunc etiam Cianos, imitatione inquisitionis illius, festum herois illius celebrare.

ὕλλεις.) Hyllenses, gens Illyrica, ab Hyllo Herculis & Melites F. Aegæi fluminis filio.

ὕλη.) Materia, quæ à forma informatur. Quicquid enim fit, siue natura, siue arte, ex materia & forma constat: ut Socrates, ex materia carne, & humana forma: & hoc arte confectum, ex materia ligni est, forma uerò ianuæ, aut scamni, aut alijs cuiusdam rei.

ὕλλος.) Hercules βέθυνας, id est tauri deuorator dicitur, quod Hyllo filio esuriente, unum aratorem bouem Thiodamantis mactatum deuorarit.

ὕμεναι.)
τὸν χαρμέντ' ἀλκμάδα, τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων
κύκνον, τὸν μισθὸν ἄξια μελψάμενον.
Festiuum Alcmanem celebratorem nuptiarū
Cycnum, qui Musis digna cecinit.

ὕμεις ὦ μελαρῆς ἔτε τρίτοι, ἔτε τέταρτοι.)

Vos ó Megareses, neque tertij, neque quarti estis. Oraculi segmentum est, quod in prouerbum abiit: Equam Thefalicam, Lacedæmoniamq; mulierem, & uiros bibentes aquam pulchræ Arthusa. sed his etiam sunt præstantiores, qui intra Thyrntem habitant, & Arcadiam ouibus abundātem, Argiui lineis thoracibus induti, stimuli belli: uos uerò Aegienses neque tertij neque quarti estis, neque duodecimi, nullius precij aut numeri. Mnaseas autem narrat, Aegienses Achæos, Actolis nauali prælio uictis, & nauis actuaria decimæ nomine Apollini consecrata, interrogasse, qui nam Græcorum se potiores essent? Pythiam uerò eis respondisse, quæ exposita sunt. Ion item, Aegiensibus datum fuisse hoc oraculum narrat: quidam uerò putant Megaresibus. Et eferunt: Vos ó Megareses, neque tertij neque quarti. ut & Callimachus in epigrammatibus: Misera autem Nympha, ut Megareses, nullo neque loco neque numero est.

ὕμητος.) Hymettus. Locus aut mons Athenis, & Hymettiū mel: ex eoq; quicquid utile est ad medicinam.

ὕμνῆσι.) Qui luminis dissecuti primū chaos, ut in luce opera te celebrent Domine opificem.

ὕμνήσεις.) Extra terram hanc cantabis mala, inquit Tragœdia.

ὕμοισία.) Suilla musica, Seu uicis. Aristophanes: Miror inscitiam tuam.

ὕσκαμαν.) Pherecrates in Corianna: Infans homo senex.

ὕσκαμων.) Hyoscyamum, genus herbarum uenenosarum, nigrum semen habentis.

40 ὕεισι πῦρ.) Depluit in te ignis de cælo.

ὕπαπτρέχειν.) Qui mane in Pnyce non adsunt, retrò abeant, ne minimo quidē accepto. Qui enim serius in concionem ueniebant, mercedem quæ pro concione frequentata dabatur, non accipiebant.

ὕπαγει.) Problemata ad generalia capita refert. Lucrum eum decipit, & magis exacuit.

ὕπαγόμενος.) Lasciuæ ac tyrānicæ mulieris calumnijs impulsus.

ὕπαγωγός.) Hermippus: Eius consuetudine utitur, nullo astricta uinculo, sed blandis illius moribus adducta.

ὕπαγωγή.) Ne de industria segnius pugnantes, celerius terga dare possent, eos quos eis ademit.

ὕπαρ.

Megareno
fes.

Aegienses
Achæi derisus
à Pythia.

ὑπὸ.) Per apocopen, pro *ὑπάρχων*. Tu mihi narra nocturnū meum somnium, ego uerò tuum tibi diurnum narrare uideor.

ὑπαρχάμενος.) Tandem Græci, Chijs auspiciatis, legatos miserunt ad Lacedæmonios.

ὑπαρχος.) Sophocles: Venisti huc Spar tē rex, non noster dominus. neq; uspiam plus tibi potestatis est regendi huius, 10 quàm huic te.

ὑπάρχων.) Non infero, sed propulso iniuriam.

Theon. *ὑπάτη*.) Hypate, chorda musica, gra-
Hypatia. uem edens sonum. Morbū cum ad sum-
Isidorus. mum peruenisse, & terminum inuitabi-
lem adesse sensisset interitus sui, enseni
suum in uisceribus defixit.

ὑπατία.) Hypatia, Theonis geometræ
filia, Alexandrini philosophi, & ipsa phi-
losophā, & multis cognita, uxor Isidori
philosophi, floruit Arcadio imperatore:
scripsit commētarium in Diophantem,
astronomicū Canonem, in Conica Ap-
ollonij commentarium. Dilacerata est
ab Alexandrinis, & corpus eius contu-
melia affectum, & per totam urbem dis-
iectū. Hoc uerò ex inuidia, ob excellen-
tem eruditionem, præsertim Astrono-
micam, ei accidit, ut quidam tradunt, à
Cyrillo: ut alij, propter innatam Alexan-
drinorum audaciam & seditionem. Mul-
tos enim etiam suos episcopos sic tracta-
runt. Vide quemadmodum cum Geor-
gio & Proterio egerint. Hæc Alexan-
driæ & nata, & educata, & instituta est.

Cum autem ingenio patrem superaret,
non contenta fuit paterna in mathema-
tis institutione, sed & reliquam philoso-
phiam strenuè est amplexa. Mulier enim
pallio induto, perq; urbē mediam pro-
grediens, publicè audire uolētibus, uel
Platonem, uel Aristotelem, uel cuiusuis
alterius philosophi doctrinam enarra-
bat. Præter autē docendi solertiam, sum-
mum etiam uirtutis, quæ agendo cerni-
tur, gradum conscenderat. Nam cum ius-
ta & casta esset, uirgo permanebat: usq;
adeò pulchra & formosa, ut quidam e-
tiam auditor eius, eam adamaret. Is ue-
rò cum amorem uincere non posset, sed
ipsi etiā affectum suū proderet: indocti
quidem tradunt, eum ab Hypatiā mor-
bo illo per Musicam esse liberatum. Ve-
ritas autē perhibet, Musicam iam olim
fuisse corruptā. Ipsam uerò prolatis qui-
busdam muliebribus pannis, in eumq;

coniectis, & impuri ortus signo demon-
strato, dixisse: Istud quidem adamas ado-
lescens, nihil autem pulchrum. Hunc ue-
rò præ pudore & stupore indecoræ de-
monstrationis, erubuisse, modestiorēq;
esse factum. Sic affectam Hypatiam, quæ
& oratione facunda & disertā esset, & in
factis modesta & urbana: cum reliqui ci-
ues meritò & amabant & celebrabāt su-
pra modum, tum delecti magistratus pri-
mi ad eam accedebāt, ut & Athenis sem-
per fiebat. Et si enim ipsa res perierat, no-
men tamen Philosophiæ adhuc magni-
ficum, & dignum admiratione esse uide-
batur administrantibus summam reipu-
blicæ. Tandem accidit, ut Cyrillus, con-
trariæ sectæ præses * domum Hypatiæ
præteriens, magnamq; conflictationem
populi ad fores, uirorū pariter & equo-
rum, & eorum qui accedebāt & qui abi-
bant, eorum etiam qui aderant, uident,
rogaret: Quæ ista multitudo esset, & qua
de causa apud ædes tumultus? & è comi-
tibus audiret, Hypatiam philosophā hūc
salutari, & eius esse domum. Quo cogni-
to, itā animum eius esse exacerbatum, ut
uita illius statim insidiaretur, eademq;
per summum scelus moliretur. Nā cum
de more prodiret in publicum, multi ho-
mines immanes, uereq; miseri, neq; iræ
numinis gnari, nec uindictæ hominum,
subitò facto impetu, illā interficiunt, sce-
lere hoc & probro maximo patria inqui-
nata. Et Imperator grauius hoc tulisset,
nisi Aedesius dona dedisset. Acis homi-
cidarum supplicium sustulit, sed in sese
& suum genus transtulit: pœnasq; dedit
eius nepos. Horum memoria adhuc re-
cens, (*συνέσειλκεν εἰς μνηρὸν κρηίδης*, f. *ἀδελφὸς*
nihil imminuit) in magnas admodū an-
gustias contraxit Alexandrinorū hono-
rem, & studium erga Isidorum: cum etiā
tali periculo imminente, singuli tamen
crebra eius uti consuetudine studerent,
& sermones à pudico ore proficiscētes,
audire. Nam ij etiam, qui rhetoricis &
poeticis scholis præerant, amabant fre-
quentes philosophi congressus. Quam-
uis enim in ijs institutus non esset; tamē
philosophica subtilitate, etiam illorum
minutas artes prouchebat. Nam & cæte-
ra erat accuratus, & de orationib. & pœ-
matibus quæ ostentabantur, melius quā
cæteri iudicabat. Quamobrem etiam in
theatris, cū orationes aliquæ audiebantur,
breuiter laudabat declamationes, &
ualde modica laudatiōe: opportunè ta-
men

Vbi ergo
Isidorus
maritus?
Amator sa-
natus.

Hypatia &
mathematis
ca & phi-
losophia.

Cyrillus,
Alexandri-
norum in-
temperie.

Violentus
interitus.

Scriptura.

Agapius.
Seuerianus.
Nominus.

tamen etiam, & ut decebat. unde uniuersum theatrum (ut ita dicā) iudicio illius, tanquam norma utebatur eorū qui melius aut peius dicerēt. Mea uerò ætas tres nouit Criticos, qui ea quæ dicuntur, soluta quidē oratione iudicare norint: iisdē enim iudiciū poematum & scriptorum cōstat. Ego uerò etiā utrorunq; artificē eundem iudico, si modò exercitatio ad utrunq; accesserit, pariq; studio. His de causis non recenseo Isidorum, sed multo etiam inferiorem tribus iudico. Sunt autē iudices, Agapius, Seuerianus, Nominus. Noster uerò æqualis est Nominus.

Cur bini Consules?

ὑπατοι.) Cōsules, ij qui Romanā rem publicam administrāt. Respublica enim, repulsa post mortem Tarquinij seruitute, duobus consulibus, annum principatum obtinētibus, summam rerū mandauit: numero quidem uirorū, metum monarchiæ reijciēs: potestatis uerò moderatione, moderatos efficiens eos qui reipublicæ præerant. Qui enim nunc securibus & fascib. stipatur, & castris præest, quid de se paulo pōst futurum sit, in memoriam reuocans, moderatiorem & populariorem se populo præbet. Si quis autem molestē & arrogāter uteretur imperio, facilē hoc modo ab altero Consule, pari potestate prædito, eius arrogātia minuebatur. Hac igitur ratione reipublica & tyrannidis grauitatem, & democratia petulantiam cauente, deliguntur duo uiri, qui à summa autoritate Cōsules dicuntur. Primus cōsul eunuchus creatus est, sub Honorio & Arcadio, filijs Theodosij, Eutropius, cubicularius imperatoris. Gestabatur sellis per urbē, nullo atroci facinore prætermisso. Reliqua nide in uocibus Antiochus & Eutropius.

potestas non perpetua, minuit arrogantiā.

Eutropius eunuchus Cos.

ὑπαθρον.) Eunapius: Maximus & Priscus eruditi quidem erant literis, sed usu rerum minimē exercitati.

Euripides.

ὑπαίμακε.) Non te canum genus cepit Euripides, sed Orcus & senectus sustulit.

ὑπεκίνει.) Primum quidē animos eorum deprauabat: deinde multam & absurdam loquacitatem producebat.

ὑπεκώμασε.) Comestatum ire: Prouerbium, in eos qui aliquid impudenter faciunt.

ὑπελάβομεν.) Dauid: Suscepimus Deus misericordiā tuam, in medio populi tui.

ὑπέμεινε.) Titus cum qui hostes euassisset, occidere non sustinuit, sed successorem illi dedit exercitus. Proclus Isidorus.

dorum gestate pallium iussit: at ille recusauit, idque cum Proclum dei instar ueneraretur.

ὑπεξέπεμψεν.) Iamblichus. Pater filios, qui ætate & forma florent, clam ad opuliones ablegauit, impotentem tyrannum metuens.

ὑπεξέλασεν.) Camillus Romanorū imperator, maxima ciuium inuidia suscepta, à tribunis plebis accusatus est, quasi de præda nihil in ærarium intulisset: & ultrò ante iudicium excessit. Sic Dion. Et Herodotus, Is specimen cepit Spartanorum, & subduxit se in Thessaliam. Inde in Arcadiam profectus, res nouas est molitus.

Camill. exilio.

ὑπεράριθμοι.) Cum ij qui Scholarii dicuntur satellites, ter mille quingenti essēt: Iustinianus alios bis mille adiecit, & Hyperarithmos, quasi numerum excedentes, appellauit.

ὑπερβαθμιον πέρα ριπίων.) Pedem ultra gradum iactare: pro, indecorē se gerere. Non ille modum excedebat in religione, sed limites sibi, qui eius ætatem decerent, præfiniebat, sincera & pura conscientia tractans res diuinas.

ὑπερβηρεται.) Hyperberetæus, Mensis October apud Macedones. Et pro uerbo Hyperberetæus dicitur, de cessatoribus. Aquid Macedones enim ultimus anni mensis Hyperberetæus descriptus est.

ὑπερβολον λιθον.) Saxū, quod ei quem submergebant in aquis, de collo suspendebant, hyperbolum dixerunt. Est & Hyperbolus nomen hominis contentiosi.

ὑπερβολ.) Hyperbolus, tribunus plebis fuit: quem Thucydides in 8. lib. in exilium missum esse ait.

ὑπερβορέων.) Inuisum morbum hoc ipso die ab optimo rege eijcite, usque ad Hyperboreos.

ὑπερβόρειοι.) Hyperborei: gens magis ultra Septentrionē habitans q̄ Scythæ.

ὑπερ ὅτι ξέλας γελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχω λέγειν, εἰ μὴ λέγω δίκαια.) Nisi æqua dixerō, non recusō quo minus mihi caput in Ianij stipite amputetur.

ὑπερέχι.) Hyperechius, Alexandrinus grammaticus, temporibus Marciani imperatoris. Scripsit artem grammaticam, de nominibus, de uerbo, & orthographia.

ὑπερηγορών.) Isidorus Socratē defendens, sublimius quā pro captu auditorum diserebat.

ὑπερή-

Virtutes op-
posita uis
eius.

ὑπερήφανος.) Cuiq; uitio opponitur uirtus: libidini, castitas: gulæ, continen- tia: iusticia, auariciæ: iracundiæ, mansue- tudo: dolori, laticia: obliuioni, memo- ria: pigriciæ, tolerantia: imprudētiæ, pru- dentia: timiditati, fortitudo: arrogantia, modestiā animi, & reliquis: superbiæ ue- rò soli nulla opponitur uirtus, ppter in- signe uitium: semet uerò ipsum Deus illi opposiuit. Christus enim opponitur su- perbis. & propheta: Attolle manus tuas in fastus illorum. & rursus: Vliscere su- perbos. Apud Apostolum autem super- bi intelligēdi sunt, qui ob ea quæ habēt, aduers^o eos insolescūt q eadē nō habēt.

Deus super-
bia opposi-
tus.

ὑπερίδης.) Hyperides F. Glaucippi o- ratoris, aut Pythoclis, Atheniēsis orator, unus ex illis decem qui primi habiti fue- runt. Discipulus fuit unā cum Lycurgo & Platonis philosophi, & Isocratis rhe- toris: ac bonus quidē orator euasit, sed uictus est à mulieribus. Sublatus & ipse à rege Antipatro, qui cum ex æde Cere- ris, quæ est Hermionæ, per Archiam edu- xit, cognomēto Phygadotheram, quasi exulum uenatorem dicas: resectaq; lin- gua, mortuus est. Filius autē eius Glau- cippus, ossa in patrio monumento sepe- lijt. Omnes eius orationes sunt quin- quaginta sex.

Archias Phy-
gadotheras.

ὑπερίδης.) Hyperides, optimus admi- nistrator Reipublicæ: qui quamuis ami- cus, tamē Demosthenem accusauit, ob Harpaleam pecuniam. Habuit filium Glaucippum.

Accusatio De-
mosthenis.

ὑπερκέρωσις.) Hypercerosis est, cum ex altera rātum parte hostes superamus. Nec equis excurrere, nec ex altera parte hostes superare poterant, ut qui circum- uenti essent.

ὑπερμαζία) Galli perterriti, quasi Ro- mani annona abundarent, & per luxum iactarent panes, pacem fecerunt. Hic, in- temperanter agens & luxuriosē) puto ἀ- σώτως addēdum) uiuens, & auro petens cornices, qui dudum seruus fuit:*

Superbis ma-
le precatur.

ὑπεροπία.) Si quis uel manibus uel o- ratione superbus grassatur, iusticiæ secu- rus, nec deorū timet potētiām: malum eum corripiat fatum, ob infelicē luxum.

ὑπερόπτης.) Contemptor iuris, & ho- mo insolens.

Hyperides.

ὑπερόριον.) Cadauer Hyperidis proie- cerunt Athenienses procul ab urbe. Et rursus: Suadet Atheniensibus, ut cor- pus Hyperidis oratoris projiceretur ul- tra fines.

ὑπερόριον.) Aeris insueta diuersa q; tra- tio, molesta erat futura exercitui. Con- uenit homini iuueni peregrinari, & ex- tra patriæ limites proficisci.

ὑπεροψία.) Notat Iudæorū inter se se- fidem, & suppliciorum despicientiam.

ὑπερωδωία.) Afficiebātur pauperum atq; inopum acerbissimo dolore.

ὑπορώγ.) Homerus: Labra quidem in- gaut, sed palatū non rigauit, χάλεια μὲν ἐδίλω, ὑπερώλω δ' ὅκ' ἐδίλω.

ὑπερπετής.) Clearchus Lacedæmo- nius præcepit militibus, primum quidē pedetentim progredi: ubi uerò intra reli- iactum ad hostes accessissent, currere. il- lud, ut integris corporibus dimicarent: hoc, ut superiores hostibus essent.

ὑπερ πέντε καμμένα.) Ultra septa, uel ul- tra fossas: hoc est, supra modum. Dicitur in eos, qui aliquid uel immodicē, uel ex- cellenter faciunt. Est autē metaphora à quinquercionibus sumpta. Dictū hoc ortum esse fertur à Phayllo quinquercio ne (ὁ πέντιος, f. ὀπέντιος) Crotoniata, siue Opuntio: qui cū antē quinquaginta pe- dum essent fossæ, primus ipse suis salti- bus eas superarit, ut inscriptio statuæ e- ius indicat: Quinq; & quinquaginta pe- des salijt Phayllus, & discū proiecit cen- tum minus quinq;.

ὑπερ πέντε καλλικράτης.) Supra Callicra- tem. Clearchus ait, Callicratem quendam in Carysto ditissimum fuisse. Quod si quem Carystij ob diuitias admirarētur, Supra Callicratem hyperbolicē dixisse. Aristoteles autem in Atheniensium re- publica ait, Callicratem quendam pri- mum (δικαστικὸς μύθος, f. μιδὸς, præmia) fabulas iudiciales supra modum auxil- se. Vnde prouerbiū ortum sit.

ὑπερ πέντε κατάλογον.) Supra catalogum. Prouerbiū, de extremo confectis senio.

ὑπερ πέντε μηδενός.) Dauid: Rediges eos in nihilum.

ὑπεροψίων.) Ille ea erat arrogantia, ut se Alexandrum etiam superaturum con- fideret.

ὑπερφθαλαγγία.) Hyperphalangia- sis est, cum ex utraque parte phalangis hosti.

hostibus superiores sumus.

ὑπερφρονες.) Proceritate erat gigatea, & maiore etiam audacia.

Somnium Epicureum.

ὑπερφρονες.) Res humanas numen aut despicit, & contemnit: aut providentiam eis inspectricem non praeficit.

Polemonis arrogantia.

ὑπερφρων.) Polemon sophista adeo superbus fuit, ut cum civitatibus quasi superior: cum principibus, quasi non inferior: cum diis ex aequo differeret.

ὑπερχου.) Aures non praebuit criminatorem: neque eadem iniustam fecit, volens quidem.

Captatio.

ὑπετενον.) Donec imperium orientis sperabant a rege, reliquasque spes alebant, quas ille faciebat: studium suum declarabant.

ὑπεθων.) Corpus omnium iniuriarum est reum.

ὑπεθωνοι.) Hypeuthyni dicuntur, id est rei, qui rationes nondum retulerunt, nec gesti magistratus rationem reddiderunt. Nos Deo semper obnoxij sumus. (ἡμεῖς δὲ τῷ θεῷ πάντοτε ὑπεθωνοι.)

ὑπεψλωισμὸν.) Psen est vermiculus in ficibus, quem agricolae de ramis ficus suspendunt, ne fructus, eorum decideret.

ὑπερηλικίς.) Erat is ad ministeria obedientia, & ad res gerendas perquam accommodatus.

ὑπελώμια.) Hinc illi oriuntur falsa & monstrosa, pro vera scientia, tanquam imagines quaedam, & umbræ. Mendacio veritatem praefereunt.

ὑπελώμια.) Aristophanes in Dædalo: Interdum multi galli gallinacei per uim subuentanea oua saepe pariunt.

ὑπελώτων.) Erant salutationes & Praenes, & omnia quae homines ex magnis periculis inopinatam salutem adepti dicunt & faciunt.

Archilochi bellica uita.

ὑπνομαχῶν.) Aristophanes: Ego in mediis mœnibus collocatus, repugno somno: id est, uigilo. Marcellus per uigilare solitus fuit, uel, in somnis etiam pugnare: id est, somniare praelia. Cum hasta & panis subigitur: cum hasta & uinum Ismaricum: bibo etiam inclinatus in hastam. Haud scio an magis Archilochum dicere hæc decuerit, quam me. Virgilius: Caniciem galea premimus: uersaq; iuuenctum Terga fatigamus hasta.

ὑπνός.) Somnum fieri tradunt, resolutio sensibili uigore iuxta cerebrum. aut, Vigiliæ naturalis priuatio est somnus: contra uero naturam est priuatio, ut cum oculi execantur. Somnus est sensuum ces-

Somnus.

fatio, quæ fit ab exhalatione in cauis uenis cerebri, propter requiem animantis: aut, Somnus est sensibilis spiritus languor. Hypnus græcè dicitur, a recedendo, quod in eo sensus recedit.

ὑπνός.) Somnus, cum de Deo dicitur, significat æquanimitem seu patientiam. David: Expergiscere, cur dormis, Domine: & Dominus quasi dormiens experrectus est.

ὑπνός δ' ἀπέσω γλυκύθυμὸν ὀμμάτων.) Somnus dulcis abesto oculis. Prouerbum, de ijs qui philosophari uolunt. id est, multum uigilandum & lucubrandum esse philosophiæ studiosis.

ὑπεβάθρου.) Aliquanto post uxorem uerberauit, & interfecit, concubinæ calumniis adductus.

ὑπεβαλλόμενοι.) Sophocles: An ista uera non sunt, sed conficta a rege, aut alio quopiam?

ὑπεβήσονται.) De insolentia sua ultro nihil remittent: neque potestatem dabit agendi, quod est eorum fore uideant.

ὑπεβλήθη.) Dixisset eos subditos, & nothos omnino. Patriam enim suam multis malis impleuerunt.

ὑπεβολή.) Solon edixit, ut Homeri carmina sic recitarentur, ut ubi unus desisset, ibi alter inciperet.

ὑπεβλήθη.) Sub terra habitantes: fortasse dicuntur ij, quos Scylax in sua nauigatione Troglodytas uocauit: & quos Hesiodus tertio libro catalogi Catudæos nominat, quasi subliminæ dicat.

ὑπεβλήθη.) Quibus omnibus Patres conscripti bonam spem praebentes, responderunt: se legatos in Asiam missuros.

ὑπεβλήθη.) Descriptio, est oratio breuis, exponens ea quae acciderunt.

ὑπεβλήθη.) Recentes clades maius praebent, maioremque calamitatem habent.

ὑπεβλήθη.) Deus ad Moysen dicit: Solue calceamentum pedum tuorum. Nam locus in quo stas, terra sancta est. Significat calceus carnalem sensum propriae uoluntatis.

ὑπεβλήθη.) Sic uocatur incarnatio Domini. & huius rei testis ipse Dominus, per prophetam dicens: In Idumæam extendam calceum meum. Quapropter etiam scabellum dicta est Domini incarnatio, ut in terra uisa, & uersata cum hominibus, occupatis terræ finibus. Et propheta: Adorate scabellum pedum eius.

μακροθυμία δει.

Eruditio lucubrations postulat.

Verumne an figmentum?

Pertinacia.

Adulterini ciues.

Homericæ recitatio.

Troglodytae.

Bona uero b.

Calcei allegoria.

Ἰσπιδίη.) Milites scelerum rei, inito consilio ad Decebalum deficiendi, supplicio afficiuntur.

Ἰσπώματα.) Interdictū fuit, ne Athenis exportarentur ligna & pix. Habebāt enim etiā Lacedaemonij triremes, cū infulis quibusdam imperarent.

Ἰσπύγια.) Boves sub iugum. Non fati uirium erat iumentis aduersus uie difficultatem. Itaq; currus sublato è salebris exportabant.

o triste sero uirius improba iugum.

Ἰσπυγιάδης ἀνθρώπου.) Homo iumentis similis, qui non ex animi sui sententia & propensione aliquid agit, sed aliorum iussu, ut & iumenta.

Ἰσπύσεις, πειροχή.) Dicuntur etiā principia hypotheses: quōd nulla demonstratione constituuntur.

Ἰσπύτης.) Cognosci non potuit, quis fabulæ illius esset autor.

Ἰσπύτων.) Ad præclara facta homines acuerē.

Ἰσποκαθέδου.) Voluit ille nihil alienum concedere: neq; quicquam inimicū suo regno relinquere.

Ἰσποκαθεῖναι πὰς ὀφθαλμοῦς.) Demittere supercilia: id est, desinere irasci: & mansuetiorem fieri. Nam tollere supercilia, est signum iræ.

Ἰσποκαθημένης.) Cum ex his ipsis irā infideret animis, breuiter à Philippo commonefacti, celeriter paruerunt.

Ἰσποκρομάζομοι.) Demosthenes in oratione falsæ legationis: Vltrò sibi accersunt seruitutem, Philippi hospitium & amicitiam, & id genus alia prætexendo.

Ἰσπύλας. Ἰσπύλας.

Ἰσπύλας.) Opinio. Principum concordiam cognouit, quippe qui opinionis eius rationem non haberēt. Aristoteles in Locis ait: Si existimatio Ἰσπύλας uera & falsa est, fuerit etiam opinio.

Ἰσπύμαλης, uel Ἰσπύμαρχαλης.) Sub ala.

Ἰσπομονή.) Qui se maiora toleraturum profitetur, faciliè etiā minora sustinebit.

Cauenda suspicio.

Ἰσπύνοια.) Philolaus suspicionem maximè omnibus cauendam esse monet.

Philolaus.

Etsi enim, inquit, nihil committis, sed tantum uideris: infelix es. Sic etiam Philolaum Croton aliquandò sustulit patria: quia uisus ei erat uelle domum tyrannicam habere.

Ἰσπύπαντι λίθω σκορπίου.) Sub omni saxo scorpium est. Dicitur in maliciosos & contentiosos. Monet, ne temerè loquamur, ne mordeamur.

Loqui. Morderi. Nemesis superbia uindicta.

Ἰσπύπυχου κρατεῖν.) Sub cubito tenere. Nemesis, id est uindicta planè est,

de qua ad lyram canimus. Tu latens uestigiò insequeris, Elatas ceruices deprimis, & sub cubito semper uitā tenet. Ἰσπύπυχον τῆς θεῆς.) Scabellum Dei, olim diuinum habebatur templum: nunc Ecclesiæ terra mariq;e, in quibus Deus adoratur.

Ἰσπύπυχο, καὶ Ἰσπύπυχοι.) Ille simulata stulticia effugit tyranni crudeles & suspicaces mores. Et rursus: Quasi largitionibus illud ageret, suspectus fuit.

Ἰσπύπυχο.) Ille accepta delatione, aduersus illius insidias sese parat.

Ἰσπύπυχοι.) Hypostasis. est proprie, quæ per se subsistit. Est ergo res & subsistens, & essentialis: in qua congeries accidentium, tanquam in uno subiecto, re & actu subsistit.

Ἰσπύπυχοι.) Secundū Ecclesiasticam & Apostolicam traditionē, hypostasis est persona, id est, character: ut Apostolus filium splendorem gloriæ, & characterem substantiæ eius dicit: hoc est, personam eiusdem essentia, characteris & substantiæ patris. Personas autem & characteres dicimus in Deo, incorporea, & non informata. Persona siue substantia est secundum S. Patres, proprium supra (τὸ ἰδικὸν παρὰ τὸ κοινὸν) commune. Communitas enim est, natura cuiusq; rei: proprie uerò sunt substantiæ, ut natura. hoc est, essentia una est Deitas: hypostases uerò tres, pater, filius, & Spiritus sanctus: tres personæ, id est characteres: una autē natura & genus. Si ergo dixeris: Custodiat nos Deitas: totam sanctam Trinitatem significasti. Si uerò dixeris, Filius Dei nobiscum: unam hypostasium dixisti, & totam Diuinitatem. Tres hypostaticæ proprietates sunt in Deitate: ortu carere, patris: filij, esse natum: & Spiritus sancti, procedere. Pater enim non est genitus: nec procedit filius: nec genitus est Spiritus sanctus. Quinque autem modis confertur: hypostasis, persona, character: indiuiduum, & proprium (Ἰσπύπυχοι, πρὸς ἑαυτὸν, χαρακτὴρ, ἄτομον, ἴδιον.) Natura dicitur, uelut angelica natura. Hypostases uerò, propriæ cuiusque appellationes: uidelicet Michael, Gabriël. Eodē modo natura est una & communis, Humanitas: hypostases autem, Petrus & Paulus, & reliquæ personæ humanitatis, & characteres. Natura ergo domina est, & causā, & gignens hypostasiū suarum: proptereaq; hypostases dicuntur, quòd sub natura, fonte suo, stent. Neq; uerò intelligentibus & animatis

& animatis tantum, rationeque præditis hæc regula terminorum conuenit: sed etiã omni animata & sensus experti & immobili naturæ. ut si dixerimus, Deum fecisse lumen: ecce essentiam (τῶν φωστῆρων luminarium ut uulgò loquuntur.) Solis & Lunæ significauimus. ipsa uerò essentia diuiditur in suas hypostasies: ut Lunã, astra & reliqua. Eodemq; modo inuen-
 to, si dixeris spiritus: omnem uentorum naturã significaueris: si uerò dixeris Auster aut Aquilo, sunt hypostasies. Eodem modo ignis una essentia diuiditur in hypostasies: ut lucernas, ceras, faces, caminos. Sanctam Christi carnẽ nõ dicimus personã, sed essentiam: ut significemus, eum totam nostrã naturam assumpsisse. Nam si eam dixerimus hypostasim: unũ quendã hominẽ cõstat nos dicere Christũ assumpsisse & seruasse. Verũ non dicitur hypostasis, quatenus inseparabilis est à Deo sermone caro. Hypostasis enim discreta personã dicitur. Eam igitur in hypostasi esse, non tamen hypostasim dicimus. ἐνυπόστατον enim, id quod inest, dicitur: sicut ἀνυπόστατον, quod non subsistit, aut essentiam non habet. ut somnium substantiæ est expers, nec subsistit, & est imaginarium (τὸ ἐνυπνιον, ἀνύστατον, ἀνυπέρικτον, φαντασιώδες) & quod definitè diximus anhypostatũ, anhyparctũ & anustum: quod uerbo quidem sæpe dicitur: in essentia uerò aut hypostasi non cognoscitur: ut orcus, mors, aut morbus. Rursus enusũ dicimus, aut ipsum Ens, aut proprietatem quæ in ipsã substantia cognoscitur: ut, Enusium est homini rationale, & corruptibile. Similiter etiam Enhypostatũ duob. modis dicitur, aut quæ reuera est: aut est in hypostasi proprietas, ut in Deo patre nõ esse natũ: in filio esse natũ: in Spiritu sancto procedere. Et rursus: Hypostasis est essentia cum quibusdam proprietatibus numero à conformibus discrepans: hoc est, persona eiusdem naturæ, characteris & substantiæ patris: (περὶ σωπὸν ὁμοῦσιον ἔχασα κληρῶν ἔπαρτος) aut, Hypostasis est, omne quod suæ personæ inest (πᾶν τὸ ἰδίω περὶ σωπὸν ἐμφρόμενον.) Aut etiã sic: Hypostasis est essentia proprietatẽ habẽs characteristicis proprietatib. (ἐστὶ ἀιδίωσι τοῖς χαρακτηριστικαῖς ἰδίωμασι.) Hypostasis nomẽ in Sacris literis trifariã dicitur, id quod per se est: ut, Memẽto quæ sit mea hypostasis. multitudo consentientiũ: ut, Exiuerunt uiri ex hypostasi. i. cõsensu, factione seu con-

spiratione alienigenarum. enusũ: ut, In hypostasi gloriationis meæ. Hypostasis & persona sunt idẽ. ambo enim sunt particulare quiddã, & propriũ: ut q̄ in sese circũscriptionẽ, & nõ in plurib. * appellationẽ naturaliter possideãt. Hypostasim uocamus, qd̄ per se subsistit, & in nullo alio (σωτηρωμένον) cõspicitur: qd̄ etiã qdã indiuiduũ uocãt. Cõgeries autẽ accideñtiũ hoc fuerit: q̄ simul oẽs uidemus uni cuidã inesse, & nulli alij, præter id unũ cui inest. Substantialis autẽ unio est, quæ diuersas essentias siue naturas in unam personã, & unã eandẽq; hypostasim cõgregat & cogit. Hypostatica autẽ differentia, est ratio qua secundũ congeriẽ proprietatũ quæ cõspiciuntur cõmuniũ essentia (λόγῳ καθ' ὃν ἡ κτ' ἀθροισμα τῶν θεωρημένων ἰδιωμάτων κενῶν τῶν ἐστίας*) Diuersitas diuidens numero aliud ab alio, indiuiduorum facit multitudinem.

ὑποστατικῶς.) Cũ pericula urgentia magno animo sustinisset: fortitudinis opinionem est consecutus.

ὑπόσημα.) Multitudini uiroꝝ Romani fortiter restiterunt.

ὑποσησάμενος.) A prima ætate stabilem & tranquillam uitã auspicatus, neq; metu neque læticia mutato uultu uisus est unquam.

ὑποχρῆν.) Populo rationẽ reddere, de reb. hæctenus gestis. Et rursus: Cũ ratios retulisset, & beneficia demonstrasset.

ὑποπυμῆσαι.) Xenophon: Si nos illos inuaserimus: illi uicissim nos spoliabũt. Nos autem nondum ita firmi sumus.

ὑποτίθει.) Acerbã futuræ rei spem prætendit, inquit Philostratus.

ὑποτίτων.) Nõ assentans, neq; præmia pollicens, neq; ora sublinens.

ὑπότρημα.) In tritum è palmis & melle & aliis quibusdam condimentis.

ὑπότρημα βλεπῆν, Acrid & toruo esse uultu. & ἐργῆν σκοροδάλην, Acrid. delectari.

ὑποτυφῆσαι.) Hinc inimicitia Romanorum & Abarum, longo tempore irrita eruperunt.

ὑπελαέλκη.) Hulcera hypula dicũtur, quæ cicatrices habẽt in superficie sanas, intrinsecus uerò purulentã putrefactionem. unde hypuli dicũtur, qui se bonos uiros simulant, cum improbi sint.

ὑπέλωσ.) A quibusdam ex familiarib. abhorrebat: nec candidè eos amabat.

ὑποφητεία.) ὑποφητεία differt à pphetia, quòd prophetia antequã fiant dicitur post futura: hypophetia, id quod fit aut factum

Christi cas 70.

ἰνὸς μ. ἰνὸς μ. 70.

κατηγορίαν.

ὑποστατικῶς ἑνωσις.

Idem uultu eademq; fronte.

factū est: & de hoc ipso ea (τὰ παρεσώτα, ea quæ præsto sunt) quæ astant, aut etiam iam iam aduentant.

ὑποφονία.) Hypophonia, pecunia dicitur interfecti, quæ cognatis interfecti datur ab eo, cui cædes illa crimini datur: ne persequatur ius suum, nec actionē cædis intendat.

ὑπόχρῳλον σα τὸ χρυσίον.) Aurum tuū esse permistum est, & adulteratum.

Polemon.

ὑπόχρῳτον.) Vinum dulce. Fuit Polemon philosophus non suavis, neq; dulcis, sed austerus.

ὑποψήφια μιᾶς.) Vno suffragio.

ὑποψία.) Suspicio, id quod ex auditu & traditione scribitur.

ὑπομοσία.) Hypomosis. Est dilatio iudicij, cū quis peregrinationē, aut morbū aut qd huiusmodi, (lego τὴ παρακλησίαν) iureiurando interposito causatur.

ὑποπάζω.) Apostolus: Cōtundo corpus meum, & in seruitutem redigo. hoc est, ad uirtutis exercitationē id cum scientia & prudentia traduco: & ad rerum meliorū adiumentū, nō ad luxuriā. eaq; de causa admonet dicens: Induite D. I. E. S. V. M., & non prospicite carni ad libidines. Neq; uerò moderatā & necessariam curationem ad tuēdam uitam uetat: cū subiiciat: ad cupiditates, noxias scilicet & amentes. Neq; enim ita curandum est corpus ut insultet animo: sed ut adiumentū sit, & seruiat optimis illius studiis. Idem etiam Plato ait: curandum corpus & anima, propter compagē: quare & uiuere & rectē uiuere licet (ὁπτιμελεῖσθαι δὲ εἰ σώματος καὶ ψυχῆς εἶνεκα ἀρμονίας: δι' ἧς βίβην τε εἶσι καὶ ὀρθῶς βίβην.)

ὑποκρυβέν μισθόν.) Claustrinū quoddam odium, in animo delitescens.

ὑρρά πῆγς.) Hyrræ filius, Pittacus, qui & Hyrradius.

Diuitia ex labore & frugalitate.

ὑρκανός.) Hyrcanion eū interrogauit, quomodo pater eius diuitias coegisset? at ille respondit: Laborando, & cupiditatibus resistendo.

ὑς ἀφ' ῥόδων.) Sus per rosas. In fatuos, & malē educatos.

Pluuia Thebis.

ὑθης.) Tum Thebis pluit, quod nunquam antea factum erat. In Aegypto enim pluere non putatur.

ὑσια.) Hysiæ, urbs Bœoticiæ.

ὑσός.) Telo coniecto, scutum & thoracem eius traiecit.

ὑσωπός.) Hyssopus, herba detergendi uim habēs. Dauid: Asperges me hyssopo, & mūdus fiam. Nullam remissio-

nem peccatorū operabatur: sed quiddā occultū id uerbū significat. hyssopo sanguinem agni & postibus instillando, uastatoris manus effugerunt. Typus autē illa sunt salutaris passiōis. Sanguis enim ibi & lignum salutaria sunt.

ὑστῆσπις.) Hytaspes, pater Darij.

ὑστῆρῖζεν.) Post tēpus auxilia ferentes.

ὑστῆρῖζεν λόγῳ.) Posterior oratio. Sed aduersus istos postea dicemus. Est imitatio Homericæ, ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεθα καὶ αὐθις, at ista quidem post de liberabimus.

ὑς ὑπο ῥόπαλον.) Sus sub fustem. Pro uerbiū apud Dinolochum, in eos qui sese in præsens periculum & perniciem coniciunt.

ἱοὶ θεῶν.) Filij Dei sunt Apostoli, ut qui fratres Christi appellati fuerint. Dicit, inquit, fratrib. meis, præcedo uos in Galilæam. Filios autem arietū, eos qui è gentibus crediderunt, quippe qui nati sunt è brutis parentibus. Dauid: Ferte Domino filios arietum. Filij autem excussorū (ἱοὶ τῶν ἐκτετραγμύων) sunt, multis malis exercitati. Dauid: Quemadmodum, inquit, sagittæ in manu potentis, sic filij excussorum.

ὑφαλοφάπς.) Occulta fama. Per Helotes cibos occultos inferebant: qui cū ad tēpus latuissent, tandē sūt deprehēsi.

ὑφαλοί.) Barbari obscuro quodā genere mortis interibant. Nam æstus maris hostem subito absumebat.

ὑφέξω.) Noli sperare tuum nos malum subituros: insaniremus enim. Ipse tu quidem quod tuum est, rectē consequēris.

ὑφωρατό.) Sed tamē grauiter ferebat, animo que frangebatur, magnitudinem rei intuens.

ὑφέρποντα.) Animos eorum Deus propter facinora excæcabat: (ἐπισκότα lego) ut imminentem sibi (λιμὸν, f. λοιμὸν pestē) famem non cernerent.

ὑφῆστι.) Ne particula quidē Fabiani generis domi relicta erat.

ὑφῆς.) Abiecto animo per legatos simplex petiit, ne sibi bellū inferretur.

ὑφαγόρας.) Iactabundus erat, & magniloquus, & asper. Bonus autem nihil uerbis eius cedens, pugnam ei Scythicam in memoriam reuocabat.

ὑψῆς.) Dauid: Extollite Dominum Deum nostrum, & genua flectite ad scabellum pedum eius.

ὑψώθη.) Dauid: Exaltare super omnes cœlos Deus: hoc est, omnibus hominibus